Constantinus Casimirus Brzostowski DEI, et Apostolicae Sedis Gratiâ Episcopus Vilnensis SSmi Dni Nri Dni Clementis Divinâ Providentiâ Papae XI. Praelatus Domesticus, et Solij Pontificij Assistens Abbas Mogilnensis.

Magnifico Dno Michaeli Wazyński Nobis in Christo Dilecto Salutem in Dno. Ut in Bonis Dominationis Vrae Oszmianka Murata dictis, in Oratorio ad id Specialiter extructo, Liceat alicui Sacerdoti tam Saeculari ritè ordinato, quam etiam Cujusvis Instituti Regulari, de Licentia suorum Superiorum advenienti, non tamen vago, excomunicato, interdicto, aut ab exercitio suorum Ordinum quomodolibet Suspenso Super Altari Portatili debitè adornato et consecrato, adhibitis omnibus juxta Praescriptum SS. Concilij Tridentini adhibendis SS. Missarum Sacrificia celebrare, absq praejudicio proprij et Ordinarij Parochi, exceptis nihilominus Festis Dni Nri JESU Christi solennioribus; utpote Nativitatis, Circumcisionis, Paschatis, Ascensionis, Pentecosten, necnon Festis Beatissimae DEIparae Virginis Mariae, tum Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, quibus Ecclesiam Parochialem Ordinariam pro posse adire tenebuntur, facultatem et licentiam Authoritate Nostrâ Damus, et Impertimur in DEI Nomine per Praesentes ad Decursum Unius Anni valituras. In quorum Fidem &

Datum Vilnae in Palatio Nro die 24tâ Mensis Martij Anno Dni 17[illegible]

Alexander Horain S. Th. Dr.
Nominatus Suffraganeus Abbas Ruffia
Custos Praelatus et Offlis Gnlis Vilnen.



A° 1704 Marca 14 dnia od Biskupa wilen.